k

Quod vero sequitur. Et super summum altae capitella in summitate earum
columnarum desuper iuxta mensuram est columnae contra reti
cula; iuxta tamen superiorem columnae dicit contra considerandum quan
tae sunt et columnae; Cuius tamen altitudo quantae fuerit
minime narratur. Haec autem capitella quae alia cum quinque
et quinque cubitis fuerint. Non enim mensuram eorum aperte
scriptura designet. In opere liliorum videntur esse composita,
de quorum factura si quid mysticum inquirere delectat illam
regni perennis sublimitatem potest non incongrue designa
re, quam nec oculus vidit et cetera usque diligentibus se. Post illa
et super quattuor cubitorum alia sunt composita capitella, quo
rum altitudo quanta fuerit non dicitur, quia multa quidem de
caelesti beatitudine in evangelio legimus, quod videlicet ibi
mundi corde Deum videbunt. Quod erunt aequales angelis Dei.
Quod non nubent neque nubentur. Quia nec mori ultra pote
runt. Quod ubicumque est Christus ibi et ministri eius erunt. Quod
manifestabit seipsum illis. Quod pcedē dēpcere adnuntiavit
et. Quod gaudium visionis eius tollet nemo a nobis; sed ipsa spe
cies horum quae diximus ipsa fruitur et consummatio pa
triae illius caelestis. Quomodo se habeat soli sciunt qui hanc
intrare meruerunt eiusque cuibus patet. Unde bene factura
fuit altitudo horum capitellorum quae supra lilium erant,
ut incomprehensibilis esse terrenis qualiter caelestis ha
bitationis insinuatur. Et quia tamen hoc minime latet,
quia omnes ibi communi felicitate divinae visionis fruun
tur. Tanto quisque sublimius quanto mundiori ad vide-